



Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo

Zype, Frans van den

Antverpiæ, M. DC. XLV.

Resp. I. De erectione nouarum parochiarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](#)

quam nequeat ad ecclesiam absque
periculo accessus haberet. nec ex-
cusat dignitas baptisantis. *Sylva*
ibid. cont. 2. & 3.

De adificandis ecclesijs.

RESPONSVI.

De erectione nouarum pa-
rochiarum.

1. Quando in proprijs terminis Concilij Trid. f. 21. c. 4. vt ob locorum distantiam, siue difficultatem sine magno incommode ad percipienda sacramenta, & diuina officia audienda accedere non posint scolæ ad ecclesias suas parochiales, nouas parochias etiam iniuitū re-
toribus Episcopi constitutere possunt. & ex fructibus quomodocumque ad ec-
clesiam matricem pertinentibus com-
petenter dotare; & si necesse fuerit
compellere populum ea subministrare,
quæ sufficiant ad vitam noui parochi.
d. c. 4. nouas, inquam parochias:
ita enim Concilium. alioquin vbi
non sumus in proprijs terminis
Concilij, nec ex distantia, aut dif-
ficultate, est magnum incommo-
dum; plures baptismales ecclesiæ
in una terminatione esse non pos-
sunt: sed una tantummodo cum
suis capellis. c. plures. 16. q. 1. qui-
bus tamen aliquando omnia pa-
rochia tribuntur; ita tamen
vt in summis sollemnitatibus ac-
colæ in sua parochia comparare
debeant. c. si quis etiam de confe-
d. 1.

Magno, inquam, incommodo:
utique iudicis arbitrio, seu boni
viri: non equidem delicata cen-
sura & ne sibi quidem commodi-
tates auctoripentur magis, quam
ut necessitatibus satifiat. cuius cau-
se aliquid subfuisse videri potest
in ea decisione quæ retuli in Con-
sult. can. b. t. cons. 1. §. sed & idem.
cui consonat §. unde si ideoque reij-
cendam censui ad arbitrium lui-

dicis. tam quod non omnia in ca-
pellis fiant, ad quæ parochiani te-
nentur ex iure commoni, & Tri-
dentino; quam quod magna sit
distantia inter pastorem, cuius
sunt oves propriæ; vt instituitur
in nouis parochijs; & sacerdotes
qui in capellis, nec omnia præ-
stant, nec tanquam suis plenius el-
ego satifit magno incommodo per
erectionem nouæ parochie, quam
per capellam. eaque in casu mag-
ni incommodi mens esse videtur
Concilij Tridentini.

Sola quidem distantia, aut iti-
nerum difficultas refertur in d. c.
21. c. 4. ad audientiam. X. hoc tit. sed
4. & c. ad audientiam. X. hoc tit. sed
modicas
c. fin. X. hoc tit. generalioribus
vitetur verbis: in locis, inquit, ^{3.}
quibus populi habitantes oratores egere
videntur, super basilicarum institu-
tionem studias salubriter prouidere. quâ-
quam ea generalitas ferè redu-
cenda videatur ad d. distantiam,
aut difficultatem: nisi forte popu-
lus ita excreuerit, vt vetus ecclë-
sia totum non capiat. tuic enim
vel nouæ ecclësiae adificandæ, vel
veteres augendæ sunt. c. præcipi-
mus. 16. q. 1. nam rerum mutatio-
nes vñionem, separationemue po-
stulant. d. c. præcipimus. c. & temporis
qualitas. 16. q. 1.

Atque hæc iterum, cum secun-
dum terminos Concilij, noua pa-
rochia dotari petitur ex fructibus
matricis; iuxta d. c. 4. aut obuen-
tiones ecclesiasticas intra ter-
minos nouæ parochiæ eidem
assignari, iuxta d. c. ad audientiam.

Nisi de suo
aliqui adi-
ficare &
dotare ve-
lant.

sed si quis in sua proprietate voluerit
ecclësiam adificare, de Episcopi consensu
licitum est. ita tamen vt maneat
matrici sua iustitia, & decima. c. qui-
cumque. 16. q. 1. & sic in c. 2. X. hoc
tit. leprosij propriam parochiam
erigere permittitur: ita tamen
ut in iuriis veteribus ecclësij de iure pa-
rochiali nequaquam existant. quam-
quam ex pietate illis ibidem, conce-
ditur, vt de horis, & nutrimentis ani-
malium suorum decimas tribuere non
cogantur. quæ exceptio, seu priui-
legium

legium in reliquis iuribus parochialibus firmat regulam, seu legem commuuenit.

⁵
Aut falso
non de
fratribus
Rectoris
matricis,

Sed quid si neque praestò sit aliquis, qui edificare velit ecclesiam, ut in d. c. ad audienciam d. c. 2. sed existet vetus capella, & in ea fundatum beneficium, ac decimis a fundatore dotatum: cui tamen ius patronatus non est reseruatum; petaturque eadem capella in parochiam erigi? & Concilium Trid. generaliter inquit, *nouas parochias constituere possint*; nouam fabricam non desiderat: sua ergo matrici iustitia seruabitur, & decima, quare, cum rectori matricis nihil decedat; non capella tantum, sed & noua parochia erigi posse videtur. d. c. fin. d. c. 2. d. c. quicunque.

Itaque ubi Episcopus iudicat necessariò parochiam erigendam, ratio suffragatur, ut eidem prouidere possit ex fructibus matricis si abundant. d. c. ad audienciam. VVameſ. de paroch. cons. 427. n. 3. aut alioquin secundum c. 13. §. in paroch. eiusdem Concilij Trid. s. 24. eoque erectæ ex capella parochiæ vniueſ. beneficium in illa fundatum. cuius etiam decimæ, postquam ad ecclesiasticam fundationem redierunt, quadantenus censentur ad matricem pertinere, ad sensum d. c. 4. ita tamen ut onera deducantur a fundatore imposita. I. mulier. D. de tur. dor. I. fructu. D. sol. mat. I. C. de fruct. & lit. exp. c. presenti. §. fin. de off. ord. in 6.

Sed posito, quod simus in terminis Concilij Trid. an non possit tantum, sed & teneatur Episcopus erigere nouam parochiam? sanè ita statutum est in c. ad audienciam in verb. mandamus, quatenus sires ita se habet, ecclesiam sibi edifices, & in ea sacerdotem instituas.

Porro Concilium Trid. d. c. 4. non tantum erectionem nouarum parochiarum iubet fieri secundum d. formam d. c. ad audienciam, adeoque eius decretum innovat, sed etiam ipse contextus indicat

præcipi ipsi Ordinarijs, ut necessitate populorum prouideant secundum diuerfam singulorum exigentiam. Vtitur autem Concilium modo imperatiuo; cogant, inquit, Episcopi: quod non arbitrium liberum; sed præceptum continet. Clem. exiū de paradise, s. item quis praeterea de verb. signifi.

Idem Concilium quidem vitur in secundo membro verbo, possint, seu quod respiciat ad regalem prohibitionē erigendarum nouarum parochiarum, ut hoc casu distantiae, & aquarum possint: seu, quod addit, nec exprimitur in d. c. ad audienciam, ut inquit, etiam rectoribus nouas parochias constituere possint; & portionem assignare suo arbitrio congruam. adeo ut, quamvis fere ante receptum erat erectionem nouae parochia fieri debere sine prædictio possessoris, Rebuff. in prax. beneficii de erect. eccl. in curiam non absoluē id nunc obtineat, sed sicut in primo membro cogit patores suo sumptu tot sacerdotes assumere, quot necessitatibus sufficiant, in secundo possint inuitis rectoribus nouas parochias constitutre, & ex prouentibus illorum eas dotare. imò, si ob illorum defectum id fieri nequeat, ex alijs quomodocumque ad ecclesiam matricem pertinentibus: aut demum populum compellere ea subministrare, que nouo parochio sufficiant. d. c. 4. adeo ut d. c. 4. eadem fecerit ratione de dotanda noua parochia loquatur, sicut idem Concilium s. 24. c. 13. §. in parochial. in veter.

Quod si ergo parochianus dicit, qui ultimo demum loco tenetur, offerrent necessaria nouo parochio subministrare, donec assidue assignata erit congruas, per eos, qui de iure tenentur declarabuntur, non manet iustum dubium quin ex nunc teneatur Ordinarius nouam parochiam erigere, & dotem partibus postea auditis affigere, super

⁶
An non
possi tan-
tum, sed &
debeat
Episcopus
hoc calu
erigere pa-
rochiam?

super prouentibus ad matricem ecclesiam , seu parochum , *iuxta d. c. ad audienciam. & d. c. 4.* vel per assignationem decimarum , vel per unionem d. capellaniæ , aut quam aliam commodiorem rationem prouidere . *iuxta d. 9. in parochiali- bus.* quod si Episcopus citra iustam causam officio defit , per appellationem aditus superior supplebit.

Quod si Ordinario non videbitur casum fibi occurrentem spe-
ctare ad d. c. 4. f. 21. *Trid. d. c. ad audienciam* potest iuxta prius mem-
brum d.c.4. in capella statuere sa-
cerdotem , qui parochi ibidem vi-
ces supplet , dum incolæ ad pa-
rochiale accedere non pote-
runt . & beneficio illud onus impo-
nere . c. significat . 11. X. de preb. quia
omnia beneficia dioceſis ſubſunt
ordinationi Episcopi . c. omnes ba-
ſilice . 26. q. 1. c. ſunt vñre . X. de ex-
eſſ. pralat. Vtique fine praividicio
poſſefforis : ſcilicet ne ipſi fructus
minuantur , aut onus vita eius du-
rante ab eo ſubeundum fit . præiu-
dicio autem , quod non æquè
deinceps permutare poſſit , conſiderabile non eſt , quia ius ei non
eſt permundandi . c. queſtum . X. de
permut. ſed arbitrium Episcopo .
ibid.

De conſecratione eccleſiæ.

RESPONSVI.

De ceremonijs positionis pri- mary lapidis non repe- tendis.

^{1.}
Ecclesiā
quiſ con-
ſecret , &
quam?

Ecclesiā rite conſtructā at-
que dotatam conſecrat , conſe-
cratamue pollutam reconcilia-
folius Episcopus : c. nemo. de conſe-
rat. diſt. 1. loci : c. tua. X. de conſe-
rat. eccl. præfertim hodie : c. s. f. 6.
Conc. Trid. vt nec delegari poſſit
ſimplex ſacerdos . c. aqua. X. de con-

ſei. cūm ea res fit Ordinis : quæ
non niſi Episcopo delegatur . *ibid.*
& c. quāniſ. diſt. 68. eti praxis re-
conciliationē delegari alicubi per-
mittat . *Sylvius* in 2. p. D. Thom. q. Cum miſ-
83. n. 3. quam tamen improbat d.c. fa.
aqua die etiam non feſto : d. c. tua.
ſacrificio miſſa per Episcopum in
conſecrata eccleſia peragendo . c.
2. in verb. ab Episcopo & non à cōbo-
piscopis . de conſerat. diſt. 1. ex ecclie-
ſia præcepto . tametſi alioquin
non definat eſſe rata conſecratio
Sylvius , in v. conſec. 2. n. 1. quāniſ
hodie Pontificale habet , vt Epis-
copus celebret , vel coram ſe faciat
celebrari .

Conſecranda autem eſt ecclie-
ſia , quæ ambigua eſt de conſe-
cratione . c. ecclieſia. de conſec. diſt. 1.
dum neque ſcripturā , neque teſti-
bus illa probatur : c. ſolemnitatis .
ibid. (facilē autem ſcripturā in pa-
riete exaratae , crucibus , alijsque
ſignis creditur . *Panorm.* in c. propo-
ſiſt. X. de conſec. eccl.) vel ſi parie-
tes ex toto vel maiori parte ſimul
corruerint . c. de fabrica. de conſec. d. 1.
an abra-
ſam? ^{Collapsa}
nam ſi per partes diuerſis tempo-
ribus laſpa & reſtituta fuerit ec-
cleſia ; iñſtar ſæpius refecta nauis .
proponebatur . D. de iudic. pro eadē ha-
betur . quod pars reliqua conſecra-
ta , vt dignior nouam ad ſe trahat .
vt oleum conſecratū mixtum
non conſecrato . c. quod in dubijs . X.
de conſec. eccl. Denique ſi parietes in
ecclieſia toti , vel maiori ex parte
fuerint combuſti , vel abraſi . quod
pars , quæ chriſmate fuerint inu-
niati , deciderit . *Panorm.* in d.c. propoſiſiſt.
non autem ſi tectum , aliāne æ-
dificia lignea , parietibus illæſis ,
fuerint conſumpta . c. lignis . X. de
conſec. eccl.

Altare autem iterum conſe-
crandum eſt , cum tabula mota
fuerit , vel enormiter fraſta ; la-
pis motus , qui ſigillum contineat .
c. 1. 3. 4. X. de eccl. conſec. ſi manen-
tem autem ecclieſia ſeu altare pol-
li contingat ; reconcilianda tan-
tum eſt . d. c. 4. c. fin. X. de conſec. eccl.
Quæ-

^{2.}
Quando
iterum co-
ſecrandū,

^{3.}
Cum miſ-

^{4.}
An dubijs
de conſe-
cratione?

^{5.}
An abra-
ſam?

^{6.}
An ſæpius
reſtaurata?